



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 129. Urbinum & Camerinum a Valentinensi Duce ex insidiis capta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. A.C. 1502. to cœlo solidos octo dies consultabant de quadam ditioe, quæ ab Amalfitana, atque Attelenſi urbe terminis æqualibus discreta erat. Aſt cum ambo rationes ſuas plurimum valere contenderent, a prætenſis juribus ſuis nihil remittebant, fatius habentes rem armis decernere. Nihilominus pactæ ſunt induciæ, ut comperita utriusque Regis voluntate, liſ amicabili compoſitione definiri poſſet. Verum Hiſpani brevi bellum redintegrabant, Galloſque hoſtilem in modum di-vexabant.

§. CXXIX.

Urbinum & Camerinum a Valentinensi Duce ex infidiis capta.

Suic. lib. 5. Interea Galliarum Rex Aſtam contendit, ut provido auxilio Mediolanenſis Ducatus conſervationi invigilaret, Florentinorum amicitiam foveret, ac Valentini Ducis Tyrannidem reprimeret. Verum violata pace quantocius Nemofio negotium dedit, ut Hiſpanos pro viribus perſequeretur, nec eorum bonis, nec vitæ parceret: hanc vero animorum diſſenſionem Valentini Dux opportune in rem ſuam vertens, copias ſuas Romam deduxit, eas reſtaurandi obtentu uſus, demum Peruſium verſus procedebat, ac Came-

Camerini urbem aggredi simulabat, il-
 lamque primo suo agmine cingi jubebat,
 cum vero ipſus tormentorum apparatu
 careret, ea ut ſibi transmitteret, Guido-
 nem de Monte Felro Urbinatis Ducem
 ſollicitavit, qui conſtanter Pontificis ſtu-
 dia ſecutus, nihilque ſibi timendum fore
 ratus, ſelectiores belli machinas, quot-
 quot in arce habebat, Duci ſubmiſit. His
 vix receptis, Valentinus copias ſuas Ur-
 bino admovit, & Guido de Monte Fel-
 tro præſidii inops cum ſuo Nepote Ve-
 netias præcipiti fuga contendit, unde
 Dux brevi urbem occupavit, reliquis Du-
 catus oppidis eandem ſortem cum Me-
 tropoli ſua ſubeuntibus. Sola Camerini
 urbs ſupererat, quam, ut animo conſti-
 tuit, ſuis quoque armis ſubjecturus, in
 aſtu conſilium quæſivit. Ergo cum Ju-
 lio de Varcanis, cui urbs parebat, de con-
 cordia paciſci ſimulat, interea vero quam
 plurimos milites alienis veſtibus urbi
 infert, qui occupata quadam porta tan-
 to furore in Camerinos tumultuantur,
 perinde ac ſi vi & armis civitatem ce-
 piſſent, ipſum quoque Ducem, ejuſque
 proles laqueo ſuffocant.